

propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti tecum sine fine lætentur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

X. Requiescat in Pace. **Rc.** Amen.

MODUS CELEBRANDI SACRAMENTUM MATRIMONII.

Introductio Sponsæ in Ecclesiam.

Sacerdos superpelliceo aut alba & stola indutus cum aqua benedicta ad Sponsam in porticu consistentem accedat, & si vegetioris ætatis sit, super eam dicat Psal. Beati omnes. ut infra.... Si verò provectionoris sit ætatis, dicat Psal. Qui confidunt. ut infra in secundis Nuptiis... Tum dicat: Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster.

X. Et ne nos inducas intentionem &c.

X. Domine salvam fac ancillam tuam.

Rc. Deus meus sperantem in te.

X. Mitte ei auxilium de sancto.

Rc. Et de Sion tuere eam.

X. Esto ei domine turris fortitudinis.

Rc. A facie inimici.

X. Domine virtutum converte nos.

Rc. Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.

X. Domine exaudi orationem &c.

X. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne deus, qui unumquemque fidelem custodis, benedicere & digneris hanc famulam tuam, quæ ante fores Ecclesiæ consistit, oratorii ingressum petitura,

ut ad tuæ benedictionis domum possit intrare
atque in honore tui Nominis perseverare , ita
ut sincera à labe criminum , utriusque boni com-
moditatem mereatur conservare te auxiliante
per Jesum Christum Filium tuum , qui tecum.
Amen. *Et aspergat aqua benedicta.*

SOLEMNISATIO MATRIMONII.

Sponsa & Sponso coram Altari in scamno con-
gruo collocatis , Sacerdos , si Sponsalibus non
interfuerit , utrumque sigillatum interroget.

NN. Ihr erscheinet hier freywilling und unges-
zwungen , auch mit keinem andern zur Ehe ver-
sprochen , in der Meinung den heil. Ehestand eins-
zutreten , und durch den Seegen der heil. Kirche
und öffentliches Zeugniß eurer anwesenden Freuns-
den bestätigen zu lassen ? *Quibus annuentibus*
petat annulum , eumque , si benedictus non sit ,
versa ad Altare facie benedicat sequenti modo :

XV. Adjutorium nostrum &c.

Psal.

Manda Deus virtuti tuæ : confirma hoc Deus,
quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem tibi offerent Re-
ges munera.

Increpa feras arundinis , congregatio tauro-
rum in vaccis populorum , ut excludant eos ,
qui probati sunt argento. *Gloria Patri , &c.*

O r e m u s.

Creator & Conservator humani generis , da-
tor gratiæ spiritualis , largitor salutis æter-
næ ,